



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Apotheca Spiritvalivm Pharmacorvm Contra Lvem
Contagiosam Aliosqve Morbos**

Wichmans, Augustin

Antverpiae, 1626

Decimo Kalend. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9653

facellum per honorificum, in qua, historia vita eius depicta cernebatur, atque in conuentus Sororum S. Francisci, altare consecratum versus occidet nitem, eo in loco ubi lecto decumbens, Deo in hac vita seruissse fertur. verū per tumultus Belgicos, omnia nuper euerfa sunt. Est verò Schidamum oppidum Hollandiæ, à Schia amne dictum, ad primum lapidem à Roterodamo situm; ubi egregia nauium pectoriarum, & negotiationis halecariæ statio est.

Decimo Kalend. Maij.

22.
April.

Anastasiopoli S. Theodori Episcopi, miraculorum gloria celeberrimi, qui homines & iumenta à peste sèpius curauit. Vide cap. 27. Apot. Spir. fol. 149.

Hic est ille celebris Archimandrita cognomèto Sicæota, cuius acta sincerissime scripta à Georgio eius discipulo recitat Metaphrastes, ex quo ea habet Surius hac die. quem tu vide.

Tertio Kalend. Maij.

29.
April.

Romæ S. Catharinæ virginis Senensis, Ordinis S. Dominici, vita & miraculis claræ, quam Pius secundus in Sanctarū virginū numero adscripsit. Vide cap. 48. Apot. Spir. fol. 240.

Acta eius nobilissima scripsit B. Raimundus Capuanus Ordinis Prædicatorum Magister, agitque de eadem pluribus S. Antoninus. Vnicum verò quod sciam Monialium Ordinis Dominicanorum Cœnobium in Brabantia haec tenus extat, Audergemium scilicet ab Aleide Henrici III. Brabantia Ducis coniuge extactum, milliari uno à Bruxella distitum, haud procul à Rubra valle Canonorum Regularium celebri Cœnobia.

Exemplo huius sanctissimæ virginis stigmatibus Christi insignitæ, etiam plures Belgicas virgines stigmaticas habemus, ut B. Brigidam Hollandam teste Antonio senensi, quæ floruit anno 1390. B. Gertrudem Oistensem, & B. Liduinam Schidamensem, de quibus Miræus in Fast. Belg. 1. Augsti, & nos supra.

C 2

Quinto